P Recepit dominus
ade dicens ex omni
ligno paradisi co-
medes. Genesis. ij.
In quo etiã absti-
nẽcia cõmendat̃ cũ
dñs noluit hominẽ vti omni cibo
etiam in paradiso.
Moyses fuit cum dño in monte. xl.
dieb9 et. xl. noctib9 ꝙ neqꝫ manduca
uit neqꝫ bibit. Exodi. xxxiiij.
Ex quo patet ꝙ abstinencia est bo-
na disposicio ad capiendas reuela-
tiones diuinas et ꝙ homo refectus
diuina reuelatione solet consolatio-
nes corporales abhorrere.
Filijs israhel precepit dñs a multis
cibis abstinere. Leuitici. xi.
Vir siue mulier cũ votum fecerint
dño vt sanctificent̃ et se voluerint
dño consecrare abstineãt a vino et
ab omi eo ꝙ inebriare pt̃. Nũi. vi.
Vxori manue filium liberatorẽ po-
puli concepture angelus apparens
abstinenciã indixit. Judicum. xiij.
Philistei tpe hely debellarunt fili-
os israhel vna vice et altera vice ar-
cha domini fuit capta postea tercia
vice congregati sunt philistei sub
samuele. Sed filij israhel ieiunaue-
runt die illa atqꝫ dixerunt tibi pec-
cauimus dñe. et sequit̃ ꝙ cesi sunt
philistei a filijs israhel. Primo Re-
gum. iiij. et. vij.
Filij israhel de. xj. tribubus debellati
sunt a filijs beniamin postea ieiuna
uerunt et fleuerunt die illa coram
dño et sic in illos ꝓualuerũt. Ju. xx.

Populus israhel erat in castris esu-
riens et null9 comedit de melle nisi
Jonatas fili9 saul. pmo Regũ. xiiij
Tenuis cibus sufficiebat helye qui
pecijt a vidua sarepte pauxillũ aque
et buccellã panis. iij. Regũ. xvij.
Et nota ibi pauerunt eũ corui bis
in die angelus etiã dñi attulit helye
panem triticeũ et vas aque. iij. Re-
gum. xix.
Achab etiã audiens cõminationem
sibi factam a dño post mortem Na
both per helyam operuit cilicio car
nem suam et ieiunauit et dormiuit
in sacco et ambulauit demisso capi-
te ꝓpter qd deus sententiã et penam
sibi cõminatã tpauit. iij. Regũ. xxj
Congregati sunt filij israhel et filij
amon et cum eis filij ydumei vt pu
gnarent contra iosaphat regem iu-
deorum qd ille audiens predicauit
ieiunium in vniuersa iudea. et seq-
tur ꝙ ipe victoriam obtinuit. ij. pa
ralipo. xx.
Et deus ordinauit qui petituri erãt
a dño vt viam rectam et ꝓsperam
daret eis ꝙ ieiunarent et orarent.
Vnde sequit̃ ieiunauimus et oraui-
mus deũ nrm et per hoc euenit no-
bis prospere. Esdre. viij.
Rogatur9 neemias arthaxerse re-
gem pro ciuitate sua vt repararent̃
muri eius dicit de seipo ieiunabam
et orabã ante faciem dei celi. Nee-
mie primo.
Cõuenerãt filij in ieiunijs et saccis
et cõfitebant̃ pccã sua Neemie. ix.
Thobias cũ audisset vnum de filijs
israhel iugulatum reliquit prandiũ
bonũ et venit ad corpus sepeliendũ
ieiunus. Thobie. ij.
Angelus etiam dixit thobie iuniori

GROSHERZOGLICH
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK